



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

de superbiæ vitio. ca. 1.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

# EVANGE-

LISTARII MARCI MARVLI

liber septimus sub charitatis titulo, de vi-  
tio superbiæ, de virtutibus obedien-  
tiæ ac patientiæ, earumque op-  
positis vitiis. Item de  
vitio iræ ac lin-  
guæ, edifferens.

## ¶ De superbiæ vicio, Caput. I.

Ecclesiast.



VAR E scriptum est, Initium omnis pecca-  
ti est superbia, nisi quia omne peccatum, a  
voluntate diuina nostræ voluntatis auer-  
sio est: ut faciat seruus quod vult domi-  
nus, vel facere nolit quod ille iussit. Hoc au-  
tem proprium superborum esse negari non  
poteat. Quamvis igitur variæ sint peccati species, vna  
tamen omnium mater est superbia, ita ut cum ipsis pe-  
ccatis quæ genuit, simul vivat, simul moriatur. Nemo  
quippe desinit esse superbus, nisi cum desierit esse pecca-  
tor. Peccata tamen quæ plus in se superbiæ habent,  
hæc sunt, Sui confidentia, inanis gloriæ appetitio, alio  
rum contemptus, de se iactatio ostentatioque, neminem  
pati sibi superiorem, & ne æqualibus quidem facilem  
se præstare. Præterea gestus habitusq; corporis immo-  
destus, proterua atque aspera verborum prolatione, te-  
merariaque confidentia actionum, erecta ceruix, con-  
tumax aspectus, lenus tardusque incessus, & vecordiam  
potius quam grauitatem præ se ferens vultus. Ve-  
runtamen quo magis arroganter coram hominibus sese  
composuerint superbi, eo minoris existimationis apud  
deum erunt, dicente Isaia propheta, Dixit dominus de-

us, pro eo quod eleuatae sunt filiae Sion, & ambulauerunt extenso collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant, decaluabit dominus vertices filiarum Sion, & dominus crinem earum nudabit, & p̄ ornatu erit ignominia. Nihil enim secum feret superbis cum hinc decellet, omni pomparum suarum ornatu fastuque decalubabit, nudus ad inferos descendet, inglorius, contemptibilis, despectus, tanto alijs magis infimus, quanto sibi videbatur sublimior. Hoc etiam per Sophontiam mihi Natur dominus, dicens, Visitabo omnem qui arroganter ingreditur super limen, hoc est, siue priuatas aedes, siue dei templum cum superbia ingredientem visitabo iusta vltione atque vindicta. Sunt enim quibus non est satis in foro, in campis, in hominum frequentia supinos elatos, q̄c incedere, sed etiam domum domini ingressi, cū maxime se submittere deberent aī altare celestis regis, eundem vultum seruant, eandem supercilij elationem, quasi iam ei æquales, cuius non multo post iudicium velint nolint subituri sunt, & tunc demum fiet, qd ad deum psalmista ait, Oculos superbiorum humiliabis. Nihil enim oculi iam ad interos damnatorum qd eos delectet videre poterunt, sed cuncta tristia & acerba misericordiæ & cernere & pati compellentur, quique se olim super homines esse arbitrabantur, sub immundoq; spiritu um potestate erunt. Quod quidem metuens Iesus Christi filius, orabat dicens, Domine pater & deus vita meæ ex tollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, hoc est, ne permittas, ut me superet superbis, & me aliquid esse credam, supra id quod sum.

Sopho. i.

Psalm. 17.

Eccle. 23.

Quanta mala pariat superbia.

Caput II.

**S**criptum est præterea, Vbi fuerit superbia, ibi erit Prou. 11. & contumelia. Necesse est igitur, ut elati superbiam toruoj; aspectu homines, prorumpat in contumeliam & probra & conuitum. Sicut enim nebula ac iustis cœli facies raro cum silentio soluitur, ciet toni-